

et laeta confessio & uox laudis. Et quod in caelis facturum se
cum angelis dei. hoc & iam interra uigi in dñi laude meditetur.

Attendite ad me populus m̄s & tribus mea audite quia lex a me ex
iet. & iudicium meū in lucem populorū requiescat. prope eē iustus
m̄s egressus ē saluator m̄s & brachia mea populorū iudicabunt.
Me insule expectabunt. & brachium meum sustinebunt. Lxx. Audi
te me. Audite me. populos m̄s & reges ad me attendite. Quia lex
a me egredietur & iudicium meum. in lum̄ gentium adpropinquat
cito iustitia mea & egredietur salus mea & in brachio meo gentes
sperabunt. Me insule expectabunt & in brachio meo sperabunt.

Semel in hebraico dicitur. attendite secundo iuxta Lxx. Audite me
Audite me. ut doceat nos auribus corporis & sensu anime audire
debere. Prouocaturq; gentium multitudo que ē populus dei ut diligen
ter audiat. que dicuntur. De quo zacharias. Confugient inquit gentes
multe ad dñm. et erunt ei in populo siue ut quidam uolunt populus
appellatur. relique existit credentium. & tribus siue gentes hi qui cre
diderunt ex multitudine nationum. Dicente moysi inde utero nomi
catico. & amini gentes cum populo eius. pro tribu quam nos interpretati
sumus. Theodoro dicitur genus. symmachus gentem. Lxx. Reges transu
lerunt. Nos enim sumus tribus & gentes & genus dñi. regale sacerdotale.
Qualis fuit & abraham. qui rex appellatus est & ceteri s̄i de quibus
scriptum ē. nolite tangere christos meos; Quidē quod iubetur audire.
quia lex inquit a me egredietur. & iudicium meum in lucem populorū.
siue gentium. hic lex euangelii ostenditur spiritalis que exiet de non
non moysi que olim in sina data ē. Iudiciumq; eius in lucem gentium
procedet. per quod statuit atq; decreuit omnes gentes eē saluandas.